



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 132. Felix ab Anglis & Scotis pro Anti-Papa habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. A.C. 1440. S. Potentianæ; Georgius Episcopus Vi-
centinus tit. S. Anastasiæ; Franciscus Genevensis Episcopus tit. S. Marcellus Bernardus Episcopus Aquensis tit. SS. Nerei & Achilei; Joannes Argentinensis Episcopus tit. S. Sixti; Joannes Vicarius Frisingensis, tit. S. Martini ad montes; Joannes de Segovia tit. S. Calixti: Gallos vero, quos creaverat, nonnisi die duodecima Novembris publicavit, nimis Nicolaum Tudeschi Panormi Archiepiscopum, qui vulgo Abbas Panormitanus vocatur; Dionysium Patriarcham Antiochenum, Episcopum Parisiensem; Amadeum Archiepiscopum Lugdunensem; Philippum Turonensem Archiepiscopum, unacum Joanne Nannetensi Praefule, & Gerardo Albiensis Castrri Episcopo, qui Galliarum Regi a confessionibus erat.

§. CXXXII.

Felix ab Anglis & Scotis pro Antipapa habitus.

Etsi vero quidam Principum, & Praetorium Germaniæ Felici favere crederentur, reapse tamen in Moguntino Conventu anno posteriori celebrato præter omnem expectationem Felix eosdem sibi minus propitios expertus est, cum ibidem unanimi omnium consensu decerneretur, Neutralitatis, ut vocabant, viam

esse
rale
gnu
ultr
ibid
den
ren
re,
sem
reci
adv
que
mu
Fel
Leg
exc
rere
sum
exc
que
Pra
con
ses
Po
opt
eon
nor
pro
rec
co
ve
te
elle

esse arripiendam, donec Concilium gene- secul. XV.
rale celebraretur. Insuper Angliæ Re-
A.C. 1440.
gnum, cum Nationis hujus Præfules haud
ultra Basileensi Synodo assisterent, quid
ibidem ageretur, parum curabat. Equi-
dem Basileenses, antequam Felicem elige-
rent, suos Oratores ad Anglos decreve-
re; quibus tamen responsum, se Basileen-
sem Synodum venerari, ejusque decreta
recipere, omnino autem abominari, quæ
adversus Eugenium attentaſſent, utpote
quem solum tanquam verum, ac legitimi-
mum Pontificem agnoscerent. Peracta
Felicis electione denuo alios miserunt
Legatos, sed nec isti benigniore responso
excepti fuere, Anglis neutri parti adhæ-
rere præoptantibus. Pari modo univer-
sum Scotiæ Regnum, paucis Nobilibus
exceptis, Eugenio obedientiam, fidem-
que aperte profitebatur; quinimo ejus
Præfules in Provinciali quadam Synodo
congregati Felicem, Patresque Basileen-
ses anathematis fulmine percusserunt.
Poloni vero Felicem quidem Papam ad-
optare pollicebantur, ea tamen lege, ut
eorum Rex nomine Hungariæ Regis ho-
noraretur, & pecuniæ ex Indulgentiis
pro unione Græcorum in Regno collectæ
redderentur. Rejiciebantur quidem hæ
conditiones, nihilominus Poloni Felicem
venerabantur, Eugenio obedire recusan-
tes. Ex adverso Italia (exceptis solis
Hist. Ecclesiast. Tom. XXVII. Pp Pe-

Sæcul. XV. Pedemontii, & Sabaudiæ ditionibus) 1.
A.C. 1440. gitime electum coluit Eugenium Pontificem. Dux Mediolanensis de obediencia præstanda cum Felice pacisci voluit, sed hac super re conclusum est nihil. Ferdinandus Calabriæ Dux missò ad Synodus Legato, se Felici adhæsurum spondit. Denique Franciscus Sforza quo plus promisit, eo minus, quin & nihil servavit. Ast schismatis hujus seriem intercedentes, transire debemus ad Graecorum Historiam, ut ea, quæ Constantinopoli post eorum adventum actitata sunt, referamus.

§. CXXXIII.

Græci Constantinopoli.

Phrantz.
l.2. c. 17.

Jam perspiciamus, an ingentes illi, qui ex Ecclesiæ Orientalis unione sperabantur, fructus collecti fuerint. Attigere quidem Græci Constantinopolim die prima Februarii anni currentis, omnes salvi ac incolumes: ii tamen, qui huic cordiæ subscriperant, inhumaniter admodum fuere excepti. Clerici, qui Constantinopoli remanserant, ex præconcepta rei male gestæ opinione cum illis, qui ex Italia redierant, nec sacra celebrare, nec in precibus eorum memoriam facere volebant. Paucis: tam Ecclesiastici, quam sœculares communibus ar-